

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 409

**Auteur(s) :** Roger Ier, Jumièges, Saint-Pierre (abbé)

**Bénéficiaire(s) :** Gilbert Lefèvre [particulier]

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1166-1176]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Donation par Roger [Ier], abbé de Jumièges, à Gilbert Lefèvre, d'Yainville, de différentes pièces de terre, moyennant une rente annuelle de 28 sous payable le premier dimanche de carême.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° XCV, t. 1, p. 231-233.

## Dissertation critique

Datation d'après l'abbatial de Roger.

Texte établi d'après a

Notum sit tam presentibus quam futuris quod Rogerius, Dei gratia abbas Gemmeticencis ecclesiæ, concessit, assensu capituli, Gisleberto Fabro ejusque heredi de Eudonis villa terram quam pater suus et antecessores ejus tenuerunt et terram de Fossa Goismeri cum fossato eidem terræ adjacente ; in parvo autem marisco, unam virgatam terræ et dimidiad ab ea non longe positam, in maiori vero marisco aliam virgatam, jure hereditario tenendas, liberas et quietas a camparto omniisque alia consuetudine, pro viginti et octo solidis publice monete singulis annis reddendis. Nummi autem quos Gislebertus debet ad manum domini abbatis pertinent et sunt statuti ad reddendum prima dominica quadragesimæ. Ex quibus vero nummis Erchemboldus, filius Rogerii presbiteri de Formetho, reddet decem et octo solidos, et post eum heres ejus, pro terra quam tenet apud Turovillam de hereditate Gisleberti, de feodo scilicet Haymeri predecessoris sui. Pars quedam terre illius est juxta maram de Becco, parsque altera juxta domum Morini Planchun. Quidam autem hospes, Willelmus Cave scilicet, qui in eadem villa manet juxta nemus, in hereditate predicti Gisleberti, reddet septem solidos et ad natale Domini quator capones et tres denarios, ad pascha autem quadraginta ova et duos denarios, et annuatim quinque servitia faciet. Terram autem quam ipse tenet tenuit ante eum Bernardus Anglicus, pater uxoris sue, tantundem reddens. Gislebertus vero reddiderit tres solidos, et post eum heres ejus. Quando autem dominus abbas miserit milites suos in servitium regis, Gislebertus dabit ad eorum subsidium quantum parti quam habet apud Turovillam de feodo Haymeri predecessoris sui contigerit ; et tunc facient ei auxilium Herchemboldus et predictus hospes, sicut ceteri faciunt in eadem villa illis de quorum hereditate partem aliquam tenent. Si vero aliquando dominus abbas in terra sua commune auxilium sumpserit, Gislebertus dederit ex eo quantum sibi contigerit. Hujus rei testes sunt monachi scilicet Rogerius de Torberville, Robertus de Argencis, Turoldus de Oysiaco, Odo de Gysinniaco, Radulfus de Huglevilla, Silvester clericus, frater

predicti Erchemboldi ; laici vero, Robertus Pychardus, Rogerius Filiolus, Robertus Belfrid, Ascelinus de Eudonis villa, et alii plures.